IOHANNES DE TURRECREMATA
Süddeutscher Raum, 1477 Seite 10r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Confitebor tibi domine con-
fessione laudis in toto corde meo, nō in parte
tm̄ predicabo excellencia quedam opa tua
que omnia certe sunt admiracōne digna
Letabor interius et exultabo exterius intensa leti-
cia in te non in rebus secularibus non in iocunditate verū
labilium quia ibi non ē vera leticia psallam ope grās
agens nomi tuo qd' altissimū est
Letabor dico et exultabo grās agens Quia inimicus
hamam generis dyabolus per te convertet' retrorsum
deficiendo a ꝓposito malicie sue et inimici nri satellites
eius infirmabunt' in sua ptate qui bonis nocere non po-
terunt et pibunt in die iudicij a facie tua sentenciante et
puniente eorum maliciam
Letabor insuper et exultabo tam animo q̄ corpe in te
Quoniam fecisti iudiciū meum sumendo humanā
naturā et penalitates eius ut p me satisfaceres et cām
meam fecisti et confirmasti adversario meo cōdempnato
quare merito super thronū futuri iudicij cum maiestate
magna ~~sessurus~~ es iusticiam singulis tribuens s'ᵘ merita sessurus
singulorum
Increpasti p predicacōem ~~p predicacōem~~ aplorū gen-
tes de ydolatria cui erant dedite et peryt impius dya-
bolus amissa ptate qui adeo peryt ut nomina ydolorū
deleveris de terra in eternū
Errores diversi quibus dyaboli animas occidunt
defecerunt per xpm̄ et aplos pro magna parte in primo
adventu In 2° vero ex toto deficient et civitates eorum
demonū cultui deditas per pncipes catholicos destruxisti